

SILVESTER KOPRIVA
Ljubljana

UDK 886.3—1=03.79

POJDEM, POJDEM — IN CAMPOS PROPERABO

(Josip Murn)

In campos patulos atque in montes properabo,
In montes virides sursum ubi sol oritur.

Ab oriente velim nec non contra proficisci,
Ut quaeram, quis sit frater in orbe mihi,

Nunc novi, quae scire velim: sol est mihi frater,
Sunt fratres oriens et locus occiduus.

Est postremus cōr frater vero hoc sine spe mi,
Tales sunt fratres, est domus ampla simul.

Non quit perspicier, verum hoc me dicere oportet:
Cum tot et tantis vivere difficile est.

TAŠČA NAZDRAVLJA SNAHI — SOCRUS PROPINAT NURUI

(Josip Murn)

Heus nūptiāles hōspitēs, quo tēnditis?
Non nosco vos omnes enim.

Videmini ire vos profecto ad nos mihi
Simulque cum nupta nova.

Hac in caterva sponsa, quaeso, quis adest?
Quae plurimum, certo viget!

Hoc tu mero satiare propinans: Dato
Deus bonos nobis dies!

En sponsa nostra, pandimus tibi domum
Cellae patent et horreum.

Cuncti bibunt adestque gaudium beans
Ternos dies cum noctibus.